Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuus semp et implebit splendoribus aiam tuam
et ossa tua liberabit: et eris quasi hortus irrigu
us: et sicut fons aquarum tuarum non deficient aque
et edificabuntur: inde deserta seculorum: funda
menta generacionis et generacionis suscitabis
et vocaberis edificator septum: auertens semita
inquietem si auerteris a sabbato pedem tuum face
re voluntatem tuam in die sancto meo: et vocaberis
sabbatum delicatum et sanctum dei gloriosum et glorifica
beris eum dum non facis vias tuas et non inuenietur
voluntas tua ut loquaris sermonem: tunc delec
taberis super dominum et sustollam te super altitudines
terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui Os
Ant. Cum sim Matheus cum dum locutus est
sero esset factum: erat nauis in medio mari: et
ipse solus in terra Et uidens eos laborantes
in remigando: erat enim uentus contrarius eis
et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos
ambulans super mare: et volebat preterire eos
At illi uiderunt eum ambulantem super mare
putauerunt fantasma esse et exclamauerunt
Dimes enim eum uiderunt: et conturbati sunt Et
statim locutus est cum eis: et dixit illis Confi
dite ego sum: nolite timere Et ascendit ad il
los in nauim: et cessauit uentus Et plus ma
gis intra se stupebant Non enim intellexerunt
de panibus: erat enim cor illorum obtenebratum Et cum
transfretassent: pueneruntin terram genesareth
et applicuerunt Cumque egressi essent de nau
statim cognouerunt eum Et percurrentes tu
uersam regionem illam: cepunt in grabatis